

ius consensum seruus copulatus est matrimonio: sicut nec habuit ius ad impediendum matrimonium. Et ratio est aperta. Quoniam eo ipso quod serui habent ius inuitis dominis matrimonium contrahendi, habet subinde illo vendi: aliter frustraneum esset ius illud. Ergo sicut dominus iniuriam irrogat, ac iniustitiae reus est, si seruorum matrimonium impedit: ita si eius usum. Et confirmatur, quia (vt probauit disput. precedēti nu. 15.) ius coniugum potius, ac vetustius est iure domini. Non ergo integrum erit domino absque iniustitia, vti vendendi iure, nisi manenti illa iure prioris serui coniugati.

13 Sexta conclusio, vt venditio haec à labe iniustitiae eximatur, nõ satis est minimè inuenire in eo oppido emptorem iustum serui pretium offerentem: sed desideratur adesse necessitate, quæ iuri serui præponderet, & damno ex ea venditione sequuto: nimirum, quia magna necessitas vrget dominum, vt seruum distrahatur. & notabilis est diminutio pretij. Quia si charitatis legem attendas, magno momenti est periculum spirituale incontinentiae vtriusque coniugis, cui non quancunq; necessitatem, & pretij diminutionem præferri, est rationi consentaneum. Quod si ius iniustitiae serui ad usum matrimonij potius, & antierius (quod ad off. se probauimus disput. precedenti nu. 15.) spectes, manifestius relinquatur desiderari rationem illi præponderantem, vt iniustitia cesset. Et ita intelligo Doctores nu. 4. relatores, qui dicunt non licere absque iniustitia hanc venditionem, vbi sine graui præiudicio domini posset fieri in eodem loco.

14 Ex dictis inferitur, in euentibus in quibus diximus venditionem hanc serui extra locum matrimonij esse aduersus iustitiam, teneri dominum legè iniustitiae eam iniuriam coniugibus refarcire, aut emendo coniugè derelictum, vt transferat in locum vbi alter coniux est, aut seruum venditum iterum emendo, vt in priorem matrimonij usum restituatur: nec remissio alterutrius sufficeret, nisi vterque iure suo cederet: vtriusque enim est iniuria. Constat, quia lex iniustitiae obligat iniuriam ita reparari, vt res ad pristinum statum reducatur, quem ipsa iniustitia lex exigebat.

15 Vtrum autem possit dominus seruum de matrimonio ineundo trahentem, aliò distrahere: Dixi disput. precedenti num. 8. & sequenti.

Vltima conclusio. Si vterque coniux seruus sit diuersi domini, & diuersa loca inhabitantis, ita vt mutuo conuenire nequeant, obsequijs dominorum satisfaciendo, tunc vt vitetur fornicationis periculum, cogendus est alter dominus per Ecclesiam, vendere alteri volenti emere. Sicut quando seruo communi multorum dominorum, quidam ex illis concedit libertatem, coguntur alij partes suas vendere, vt seruus ille liber fiat. l. 1. C. de communi seruo manifestato. Nam fauorabilius est matrimonium, quàm libertas. Quod si neuter dominus emere velit, cogendus erit alter vendere cui cunque extraneo in parte illa, in qua alter seruus est: & si nullus inueniatur emptor, emat Ecclesia, argumento ex cap. fraternitatem. d. 54. Ita docent glossa capit. finali verb. habeant. 29. quaest. 2. Goffredus summa tit. de coniugio serui. nu. 3. Astenfis: 2. part. summa, lib. 8. tit. 15. art. 2. quaest. 5. & 6. Henricus capit. 1. sine, de coniugio seruorum. Rosella verb. seruus. 3. num. 2. Supplementum Pisanæ summae verb. seruus. 3. nu. 3. Hugo, quem refero, & sequitur Turrec. c. finali num. 3. 29. q. 2. Et id decidit lex regia 2. tit. 5. part. 4. quæ subdit dari electionem iudici, vt quem maluerit ex dominis, cogat alteri vendere, ibi. *Deve apremitar à alguño dellos, qual tuuiere por mas quialdo.* Imò sicut cogit Ecclesia alterum dominum vt vendat, ita potest cogere aliquem, vt emat in loco vbi alter seruus est, vt bene docet Hugo, & Turrec. proxime citati.

Ad argumenta numer. 1. proposita, concedendum est dominum ante matrimonij contractum potuisse seruum vbiicumque venditare: negandum tamen est, non potuisse seruum huic iuri per matrimonium præiudicare. Quia cum ius serui ad matrimonium ineundum, sit potius, & antierius iure domini, potuit quidem iniens matrimonium præiudicare domino, obligans ipsum ne taliter distrahatur, vt inane redatur illud ius serui, impedito vsu matrimonij. Hinc etiam manet solum secundum argumentum. Supponit enim ius domini ad vbiicumque vendendum seruum, esse prius iure coniugis. Quod non omnino veritati inicitur, vt latè explicuimus, & probauimus disputat. precedenti num. 15.

(3)

DISPUTATIO VIGESIMATERTIA.

An seruitus matrimonio superuenire possit, alterutro coniuge se in mancipium venundante.

SVMMARIUM. **R**esertur quedam sententia, nu. 1. de vtriusque viri se vendere absque debiti coniugalis præiudicio, nu. 2. An sit mortale, si absque iusta causa se vendat, nu. 3. An si id in matrimonij fraudem efficiat, sit contra iustitiam, nu. 4. An præbeat iustam diuortij causam, vel si viri captiuus doceatur, nu. 5. An possit tunc vir vendi domino, & vxor reuocari, sequi, nu. 6. Nam vxor consentiens venditioni, redigatur in seruitutem, ac si præiudicat, nu. 7. An in regno Hispanie integrum sit viro se venditare, teneturque vxor venditionem reuocare, si non redierit, nu. 8. An vxor possit se vendere, nu. 9. An ea venditio sit contra iustitiam, nu. 10.

Quidem videret nõ integrum esse viro se venundare, ex capite penultimo. 29. quaest. 2. quod est ex concilio Triburienfi, vbi de marito, qui ingenuum duxerat, & filijs procreatis, occasione diuortij celebrandi seruituti se subiecit, queritur quid turis: Et sic dicitur. *Adicitur an est vxorem minimè debere dimitti.* Vbi Turrec. art. 13. nu. 4. ait nihil ad rem esse, filios procreatos esse: quia idè esset ijs non existentibus. Secundò ex l. regia finali tit. 5. par. 4. ibi. *Si por auentura el marido se tornasse seruo à sabiendas, por auer raxõnde se parvir de su mugor, nõ deuo valere, ni se departira el casamiento, antes lo puede la muger demandar, e sacarle an de la seruidad, si quisere.* E esto es por que ha derecho en el, e porque nate ende muy gran deshonra à ella, e à sus hijos, si los ouiere. Tertio, quia præiudicatur debito coniugali, ea venditione facta. Et votum in eius præiudicium commissum non valet, nedum venditio. Tandem, quia vxor inuito viro se vendere nequit. Cum igitur in causa matrimonij ad paria iudicentur, id quoque non erit integrum viro. Et ideo hanc partem sustinent glossa cap. penultimo. verb. diuortij.

29. quaest. 2. Angles Floribus. 1. par. vbi de matrimonio. q. 10. de errore conditionis art. 3. conclus. 1. Palacios. 4. d. 3. o. disput. vnicæ; eolum. 4. verb. quod si etiam: licet potest se explicet, dicens id enepire, quando venditio in debiti coniugalis præiudicium vergeret. **V**erum dicensum est, integrum esse viro se venundare, renitente vxore. Quia vir subditur vxori in ijs solis, quæ ad debiti redditionem pertinent, atque in cæteris est sui iuris. At venditio hæc non vergit in præiudicium debiti coniugalis, esto vir in eius fraudem se venundaret: teneretur enim vxori ad omnia, quæ lex matrimonij petit, à quibus retrahi nequit domini præcepto. Et ita docent. D. Thom. 4. d. 36. quaest. vnicæ art. 3. corpore, & ad. 1. & ibi. D. Bonau. in expositione litteræ, num. 5. Ricardus artic. 5. quaest. 1. corpore, Palud. quaest. 1. art. 5. conclus. 2. nu. 18. Supplement. Gabriel. q. r. art. 3. dubio. 4. conclus. 2. Durand. quaest. 1. n. 4. Hugo cap. penult. 29. q. 2. & ibi. Archid. num. vnic. Bellemerai. nu. vnic. Turrec. ibi. art. 1. num. 1. & nu. 2. in solutione ad 1. Prepositus cap. 1. nu. vltim. de coniug. serui. Henricus cap. final. num. vnic. eodem. tit. Ioannes de Frubigo summa confessorum, lib. 4. tit. 4. q. 13. Astenfis summa. 2. par. lib. 8. tit. 15. art. 3. quaest. 1. Angelus matrim. 3. impediment. 4. fin. Supplementum summae Pisanæ verb. seruus. 3. num. vltim. Syl. matrim. 8. quaest. 1. fin. Armilla verb. matrimonium nu. 6. Tabiena verb. impedimentum, impediment. 1. q. 9. nu. 10. D. Anton. 3. par. tit. 1. c. 3. §. 1. Sorus. 4. d. 35. q. vni. art. 3. conclus. vnicæ. Celsia. 4. d. 36. q. 6. dubio. 1. in fine, ex ijs quæ ponit post. 2. argumenti solutionem. Enriquez lib. 11. de matrim. c. 10. nu. 5. Petrus de Ledema de matrim. q. 5. 2. ar. 3. conclus. vnic. Vualdos candelabro factam. 1. p. de matrim. nu. 121. Non tamen vacabit culpa lethali ea venditio absque iusta causa facta. Quod in dedecus graue vxoris, & familiae, ac iniuriam redderet, nulla iusta causa præponderati. Sic Petrus de Ledema de matrim. q. 5. art. 3. in solutione ad vltimum. Sed rogabis, vñd peccatū sit contra iustitiam

ciam? Quod affirmat Petrus de Ledesma numer. precedenti allegatus. At verius est non esse contra iustitiam, licet vir faciat in fraudem. Quod iure suo vtatur, nec in vxoris detrimentum cedat quoad debitum coniugale, vt docuit D. Thom. 4. dist. 36. quaest. vnica, art. 3. ad. 1. At in ceteris vir nō est vxori subiectus. Ita docet Sotus. 4. de 35. q. vnic. ar. 3. ad. 1.

Præbent autem iustam diuortij petendi causam, si vir in vxoris fraudem se venūdet. Sic Enriquez lib. 11. de matrim. capit. 10. num. 5. Petrus de Ledesma de matrim. q. 92. ar. 3. in corollario, quod infert ex cōclusionē vnica. Et dicit Enriquez. id colligi ex cap. porro, de diuort. Quod nihil ad rem facit. Et idē ab hac sententia recedo. Quia solū præbent iustam diuortij causam, adulterium corporale, vel spirituale, aut timor damni notabilis ob seuitiam, aut morbum contagiosum alterius coniugis: aut si ad peccatū trahere nitatur, vt dicimus toto lib. 11. vbi de diuortio est habendus sermo. At nil horum in hoc euentu reperitur. Imō vir vtatur iure suo absque detrimento debiti vxorij, vt dixi nu. precedenti. Id tamen placet, quod affirmat Petrus de Ledesma ibidem, mirū, altero coniuge in captiuitate ducto, non teneri derelictum sequi: sed nisi totis viribus vt quā primum poterit, ipsum redimat. Quia cum tanto detrimento non tenetur illum sequi.

Imō credo, integrum esse domino, virum, qui se venūndedit, aliō vendendum mittere, si vxor possit commodē eum sequi. Quia per venditionem transiit maritus in dominum, ius omne, quod ipse habebat libertatis suæ, & tantum id reseruatū est, quod matrimonium lædere poterat. At vir sine matrimonij læsione poterat domicilium mutare, vxore potente cum commodē sequi. Eodem igitur iure vtetur dominus.

Nec vxor venditioni mariti consentiēs redigitur ob id in seruitutem: sed solum præiudicat sibi quoad debitum coniugale, cui præferetur obsequium domini eodem tempore petitum, nisi fornicationis periculum tunc imminet vxori, vt benē ait Astenfis itatim allegandus. Et ideo vxorem non fieri tunc ancillam, docent glos. c. penultimo verb. secundum secularem. 29. q. 2. & ibi Turrecr. ar. 3. nu. 4. Palud. 4. d. 36. q. 1. ar. 3. concluf. 4. nu. 20. Et ibi Supplementum Gabrielis ar. 3. dubio. 4. ad finē. Astenfis summa. 2. par. lib. 8. tit. 1. ar. 3. q.

2. Henricus, & D. Antonius nu. 2. allegati. Sotus. 4. d. 35. q. vnica, ar. 3. ad. 1.

Quauis autem dicta circa viri venditionem, sint vera attento iure communi: at in hoc Hispaniæ regno est seruāda. Regia finalis tit. 1. p. 4. cuius verba rescripti. nu. 1. in 2. argumento, quæ expresse decidit eam venditionem minime valere, & posse ab vxore rescindi. Et quauis loquatur in euentu, in quo vir se data opera vendit in fraudē matrimonij. At Greg. Lopez ibi, verb. a sabiedas, dicit supplendū esse, maximē idē enim ait dicendū, licet non fiat venditio ea intentione. Cū eadē ratio præiudicij vxoris, de decoris ipsius, & filiorum habeat locum in hoc casu. Et verb. sacarle, ait idē Gregorius Lopez, posse venditionem retractari, iuxta illius legis decisionē, quauis ea non impediat vsum cōiugij. Quia ratio dicta de decore, quā assignat illa lex, procedit in hoc casu. Et subdit vxorē retractantē hanc venditionē non teneri soluere pretiū vt aliis decisum est in patrono. l. 2. ff. si libe. ingen. esse dic. Quia retractat ob suū præiudicium: nec vir potuit se subijcere seruituti: & quia lex illa indistinctē loquitur.

Si verō de vxore sermo fiat, manifestum est minime posse se ipsam seruituti mancipare, ac vendere, absque viri cōsensu. Quia vltra obligationem reddendi debiti coniugalis, in qua coniuges sunt pares, subditur viro tanquam capiti, in reliquis, quæ ad regimen domus, & familie attinent. Cū autem hæc subiectio non inueniatur in viro, inde est, vt non sit idem in viro, sed possit vxore renitenti se vendere, attento iure cōmuni, vt nu. 2. probauimus. Atque ita docent D. Thom. 4. d. 36. quaest. vnica, art. 3. ad. 3. & ibi Durandus quaest. 1. nu. 4. Ricardus art. 5. q. 1. ad. 2. Palud. quaest. 1. artic. 3. concl. 1. nu. 17. Supplementum Gabriel. q. 1. ar. 3. dubio. 4. concl. 1. Turrec. c. penultimo. 29. q. 2. ar. 2. nu. 3. Præpositus, Henricus, Ioannes de Triburgo D. Anton. Supplementum summa Pifana, Tabiena, Armilla, Celasia, Henriquez, nu. 2. allegati. Astenfis summa. 2. par. lib. 8. tit. 1. ar. 3. q. 3. Sotus. 4. d. 35. q. vnica, ar. 3. ad. 2. Gregorius Lopez. l. final. verb. sacarle, tit. 1. p. 4. Palacios 4. d. 30. dist. vnica, col. 14. vers. quod si estiam. Petrus de Ledesma de matrim. q. 52. ar. 3. in primo argumento, Quare audiendi non sunt Hugo. 26. q. 1. cap. penultimo, Archid. ibi nu. vnico, Bellemera ibi nu. vnico, dicentes posse vxorem se inuito viro venditare.

Talis

Talis autem venditio vxoris absq; cōsensu viri facta, esset cōtra iustitiam. Quod benē docet Petrus de Ledesma de matrim. quest. 52. ar. 3. ad. 2. Quod sit contra rationem capituli, quæ natura matrimonij oritur in viro.

Ad argumenta, nu. 1. proposita respon-

detur. Ad primū dic eum textum solū probare, ob talem venditionem non preiudicari vxori, vt sit dimittenda: eive negandum debitum. Ad secundū constat ex dictis, numer. 8. Ad tertium constat ex dictis, numer. 2. Ad quartum constat ex dictis, numer. 9.

DISPUTATIO VIGESIMAQUARTA.

Vtrius parentis conditionem filij sequantur quoad seruitutem, & honores?

SYMMARIUM.

Filius sequitur conditionem patris, quoad honores, & nobilitatem, nu. 1. & ibi, an id verum sit de filio naturali?

An statuto, aut consuetudine induci possit, vt sequatur in hoc conditionem matris? numer. 2.

An habitus ex nobili. & ancilla, si postea manumittatur, nobilis sit? Proponuntur sententia eum non esse nobilem, num. 4.

Sententia Authoris, nu. 4.

Quoad seruitutem, filij sequantur conditionem matris, nu. 5.

Habitus ab aliquo ex propria ancilla, est seruus patris, nu. 6.

An filij illegitimi sequantur matris seruitutem? nu. 7.

Quid, si ex legitimo matrimonio sint concepti? Et explicatur caput. finale. 32. quaest. 4. nu. 8.

An valeat consuetudo, vt filius patris, aut vtriusque parentis seruitutem sequatur? numer. 9.

An sufficiat momento temporis matrem fuisse liberam, dum factus erat in vtro, vt liber sit? nu. 10.

An hoc intelligatur, quando ex vi natalium, & status matris, filius liber, aut seruus futurus est? nu. 11.

Explicatur l. finalis. C. de seruis fugitiuis, numer. 12.

Enodatur. l. 2. C. de libertis, numer. 13.

An mater grāda capta in bello infuso, filius sit seruus? nu. 14.

An si mater sit ancilla, quod a se, vel a patre sit vendita, factus postea conceptus sit liber? nu. 15.

Quid, si tempore venditionis esset grāda: & au liceat matri vendere filiam, & auo

nepotem? Et explicatur. l. 2. C. de patribus, qui filios distaxerunt, nu. 16.

Quid, si ancilla communis plurium, ab aliquo manumittatur, an factus sit liber? & quid operetur illa manumissio? Et explicatur. l. 1. C. de communi seruo manum. & l. 2. tit. 22. par. 4. nu. 17.

Quid, si ancilla, cui data est libertas, ad certam tempus, vel sub conditione, aut modo, interim pariat, an factus sit liber? numer. 18.

Quid, si ancilla, cui data est libertas sub conditione, aut tres filios pariat, tertio partu duos, aut tres filios etiam? nu. 19.

Quid, si libertas sit pro solo certo tempore concessa? nu. 20.

An domino promittente ancilla, fore vt certo abhinc tempore illam manumittat, nec manumittente, sit eo transactio factus liber? Et feruntur textus probantes promissionē domini factam seruo, vel e contra, esse nullius momenti, nu. 21.

Proponitur sententia Authoris: & qualiter valeat talis promissio, & explicatur, regula, in personam. ff. de regulis iuris. l. interpositas, sine, cap. de transact. l. 6. tit. 11. par. 5. nu. 22.

Proponitur sententia Authoris: & qualiter valeat talis promissio, & explicatur, regula, in personam. ff. de regulis iuris. l. interpositas, sine, cap. de transact. l. 6. tit. 11. par. 5. nu. 22.

Proponitur sententia Authoris: & qualiter valeat talis promissio, & explicatur, regula, in personam. ff. de regulis iuris. l. interpositas, sine, cap. de transact. l. 6. tit. 11. par. 5. nu. 22.

Proponitur sententia Authoris: & qualiter valeat talis promissio, & explicatur, regula, in personam. ff. de regulis iuris. l. interpositas, sine, cap. de transact. l. 6. tit. 11. par. 5. nu. 22.

Proponitur sententia Authoris: & qualiter valeat talis promissio, & explicatur, regula, in personam. ff. de regulis iuris. l. interpositas, sine, cap. de transact. l. 6. tit. 11. par. 5. nu. 22.

PRIMA Conclusio sit. Quoad honores, & nobilitatem patris sequitur conditionem patris. Habetur expresse. l. cum legitime. ff. de statu hominū.

l. regia. 3. tit. 21. part. 2. l. 1. tit. 11. par. 7. Cuius rationem reddit. D. Tho. 4. d. 36. q. vnica, artic. 4. corpore, quod partus esse recipiat a patre, tanquam a causa efficiēti, ac nobilitati principio sue substantiæ: atque ita quæ pertinent ad esse, vt honores, & dignitas sequuntur patrem, vnde qui

L 2 ex

ex patre fidalgus est, & matre plebeia est fidalgus, vt d. l. 3. tit. 2. par. 2. licet reuera nobilis non sit vt ibi habetur. Verè enim nobilis est, qui ex vtroque parente nobili descendit, vt bene Otolara de nobilitate. 2. par. cap. 2. num. 4. & sequentibus. Quod etiam ad filium naturalem extenditur, gaudet enim patris nobilitate. Quamuis enim iure communi inspecto aliud sit: vt bene Tiraquellus de nobilitate. cap. 25. num. 10. At de consuetudine contrarium seruatur, vt docet idem Tiraquel. ibi. Et est. l. regia. 1. tit. 11. part. 7. id decidens: vbi id obseruat Gregorius Lopez, verb. amiga. Couarrub. 4. decret. 2. par. cap. 8. §. 4. numer. Tello. l. 11. Taur. numer. 2. Villalpandus. l. 22. tit. 1. part. 7. §. 42. numer. 4. Auendaño in dictionario verb. Hijo natural. Padilla. l. naturalis, numer. 10. ff. de præscriptis verbis. Perez. l. 1. tit. 1. lib. 4. ordin. Nec obstat regia. l. 3. tit. 15. p. 4. quæ contrariū decidere videtur: intelligenda enim non est quoad nobilitatem, quam consequitur filius naturalis ex patre nobili genitus, sed quoad alios honores, vt explicat ibi Greg. Lopez verb. honras. Auendaño, & Perez proximè allegati.

2. Et hanc conclusionem adeo veram quidam existimant, vt sibi persuadent nec statuto, nec consuetudine induci posse, vt filius quoad nobilitatem sequatur matris conditionem. Ita Bart. l. exemplo, num. 2. C. de decurionibus, lib. 10. & ibi Angelus, Guillelmus Benedictus, c. Raynuntius, in principio nu. 15. de testam. Ioan. Lupus rubrica de donat. inter vir. & vxor. §. 2. nu. 4. & alij multi, quos refert Tiraquel. de nobilitate. cap. 18. nu. 22. Id tamen non paucos contradicentes habet. Nam contrarium sustinent, idem Bart. l. nu. 32. vers. tertio ex prædictis inferunt. C. de dignit. lib. 12. Decius, c. nouit, de iudicijs, colum. 3. in noua editione nu. 39. vers. & ad prædicta. Cassanæus in catalogo gloriæ mudi. 8. p. consideratione 8. Otolara multos referens, de nobilitate. 2. par. c. 2. n. 7. Burgos de Paz alijs relatis in proœmio legum Tauri nu. 116. Quia cum nobilitas sit de iure positiuo, potest per statutum, aut consuetudinem induci. Alij verò sic vtramque sententiam conciliant: vt prior intelligatur, quando statutum, aut consuetudo est inferioris: posterior verò, quando est principis, vel populi non recognoscens superiorem. Ita Decius l. foemina numer. 68. & sequenti. ff. de regulis iuris, Tiraquel. di. cap. 18. numer. 24. At si lo-

quatur de statuto, placet hæc concordia. Statutum enim populi recognoscens superiorem nequit legem abrogare, nisi à Principe confirmetur: si verò loquamur de consuetudine, displicet. Quod hæc legitime præscripta etiam ignorante Principe vincat legem, vt dixi disp. 4. numero. 14.

3. Nō immeritò autem dubitabis, an filius naturalis habitus ex ancilla, & viro nobili, paternam nobilitatem consequatur? Et videtur eum non esse nobilem. Primò, quia est seruis ratione seruitutis maternæ. At serui, quod attinet ad ius civile, pro nihilo reputantur, regula, quod attinet. ff. de regul. iuris: & idèò nec habere statum, nec vt uere dicuntur, sed quasi mortui habentur, vt docent Iaffon alios allegans. l. si tibi homo. §. cum seruis, num. 2. ff. de legat. 1. Gregor. Lopez cum Baldo. p. 4. tit. 5. in principio verb. de su persona. Et idèò in capaces sunt honorum, & dignitatum. l. Barbarius. ff. de officio prætor. c. 1. de seruis non ordin. Nobilitas autem est dignitas. Bart. l. 1. nu. 40. C. de dignit. lib. 12. Secundo, quia si manumittatur, adhuc manet libertinus: insit. de libertinis, in principio. Quia status semper nota quadam, & obseruare insicitur, vt potè qui memoriam pristinae seruitutis refricat. Et confirmatur, quia non omnes ingenui sunt nobiles: cum tamen libertinis præstantiores sint. Tertio, quia cum ab ipsa conceptione, & natalibus trahenda sit nobilitas à sanguine, & tunc temporis is illius incapax sit ratione status seruilis, nil conferet libertas postea acquisita. Transijt enim tempus, in quo erat nobilitas ex sanguine trahenda. Sicut capacitas succedendi tempore, quo successio defertur, adesse debet, nec tunc incapaci proderit capacitas postea superueniens.

4. Cæterùm quantum competum sit hunc non esse nobilem, dum seruituti est subiectus: vt probant rationes, nu. præcedenti, in primò argumento allata: at pium, & satis probabile est, nobilitatem comparare, cum postea manumittitur. Ducor, quod nobilitas sit quoddam ius sanguinis incommutabile ius agnationis. ff. de pactis: & cū Baldo, & alijs tradit Tiraquel. de nobilitate cap. 26. num. 5. vnde & sanguini dicitur inherere: & comparatur eum eo, quod prouenit à natura. l. 3. ff. de interdict. & relegat. ibi. *Qua verò non à patre, sed à genere, à ciuitate, à rerum natura tribuuntur, ea manere eis incolumia.* At vt habet regula

iura

iura sanguinis. ff. de regulis iuris, *iura sanguinis nullo iure civili dirimi possunt*: vbi poterò non dicere, impediri, sed dirimi. Potuit ergo ius civile quod seruis pro nihilo reputandos statuit, impedire nobilitatem, eo statu serui durante, quæ iure sanguinis comparanda erat, non tamen ita dirimit, quin sublato iure civili impedimento, acquisita iam libertate, vel reuiviscat nobilitas illa, quæ sanguini inhererebat, & erat velo seruitutis non omninò extincta, sed quasi resecta. Data enim libertate, id quod naturaliter inerat, detegitur, vt in simili dicit glossa insitit. de libertinis, in principio verb. datio. Et licet neminem intuerim quæstionem hanc decidentem, satis fauet illi in quodam simili Palæotus de nothis, & spuris capit. 61. numer. 2. vbi contra alios tuetur legitimum spiritum à principe, effici ed ipso nobilem, absque alio nobilitatis privilegio: auferatur enim per eam legitimationem impedimentum illud obscuritatis spurietatis, iure civili inductum, ac subinde redit ad eam dignitatem, quæ ex sanguine trahenda erat, nisi id impedimentum obtulisset. Nec obstant in contrarium adducta. Non primum quia fatetur quod intendit. Non secundum cum confirmatione. Quia licet olim notabilis differentia esset inter libertinos, & ingenuos, vt insit. de libertinis, & insit. de ingenuis: at nouo iure ea differentia est sublata, & ciues Romani, & liberi simul efficiuntur. Auth. vt liberi de cetero, in principio. Nec obstat tertium. Quia cū nobilitas sanguini inherereat, potest quidem eo obstaculo impediri ad tempus, & tegi, non tamen ita extinguì, & dirimi, quin eo impedimento sublato reuiviscat.

5. Secunda conclusio. Quoad seruitutem filij sequuntur conditionem matris, atque ita si mater ancilla sit, filij sunt serui eius, cuius est mater, & si mater sit libera, filij quoque liberi sunt, cuiuscumque conditionis sit pater. Habetur expressè c. finali, de seru. non ordin. l. partum. 7. C. de rei vendicat. Et §. penultimo, insit. de iure person. & §. sed & si quis, insit. de ingenuis. Et idem continet lex Verus: vt constat ex. c. 21. Exodi, ibi. *si dominus dederit ancillam suam alicui in uxorem, & pepererit filios, & filias, mulier, & liberi eius erunt domini sui.* Sed quæres, cum libertas sit favorabilissima, cur nõ sequitur virtusuis parentis libertatem? Sicut vt proies sit legitima, sufficit bona alterius parentis fides. c. ex tenore, qui filij sunt legitimi.

Deinde, cum res debeat dominium trahere a principaliori, & ipsum sequi. l. quantiur. ff. de statu hominum, & semen viri sit principalis in generatione, videtur potius attendendam esse patris conditionem. Diuersæ rationes huius conclusionis assignari solent, aliquas ex posterioribus referam. Prima est D. Tho. & communis. 4. d. 39. q. vnic. ar. 4. corpore, quod proles corpus recipiat à matre, tanquam administrante materiam ex qua id formatur, seruitus autem ad corpus pertinet. Secunda ratio est Bald. l. fina l. paulo post principium. C. de seruis fugit. & Saliceti. di. l. partum, in fine, fauor partus, cui potest libertas matris triplici tempore prodesse, nimirum, conceptionis, partus, & medio: Quod non possit pater, sed solo conceptionis tempore, quo est causa efficiens. Tertio ratio est Angeli insit. de ingenuis. §. sed & si quis nu. 1. in fine, quia quoad libertatem infuxerunt leges quod certius est. At constare nequit de filio, à quo patre sit progenitus, cum tamen certò constet cuius matris seruis sit. Ratio autem huius est, quia si sequatur patris nobilitatem, nullum damnum sequitur dominum serui, quamuis pater incertus sit: at si sequatur patris incerti libertatem, possit in hoc præiudicium fieri domino. Tandem, quia cum mater pariendo, sit exposita mortis periculo, quod periculum pater minimè subit, inde fit vt dominus matris, qui hoc damnum sentit, debeat etiam commodum seruis adipisci. Qui enim sentit damnum, sentire debet & commodum. Adde etiam partum potius fructum matris esse, quam patris. Sicut arbores non dicuntur fructus feminis terræ mandati, sed ipsius terræ. Insuper mater gravidà, & filios educans, minus apta est obsequijs heri, quod in patre seruo non inuenitur. Maioremque operam nutriendis, & procreandis filijs impendit mater.

6. Et adeo vera est conclusio, vt quauis quispian ex ancilla filium habeat, quæ sua est, similiter is proprius filius erit suis seruis. Sic notat Padilla. l. naturalis nu. 5. ff. de præscript. verbis. Et constat ex l. 2. C. si mancipium ita fuerit alienatum, ibi. *si ea lege Cretes filium suum, & naturalem Cretem venendedit*: vbi glossa verb. filium, ait, id est, qui erat filius. Et idem probatur ex l. finali. C. communia de manumissionibus, vbi decernitur, si dominus ancilla retentæ in concubinam vsq; ad domini mortem, coniugatus non sit, & aliter

non disponat in suo testamento, eam sequi libertatem, & liberos, quos ex ea dominus genuit, ita ut mors domini sit libertatis ipsorum initium, vbi Salicetus num. vnico ait idem esse, si ab intestato decedat. Quod verificetur in suo elogio nil dixisse, cum elogium non fecerit. Constat ergo filium ex propria ancilla genitum esse sui patris seruum.

7 Præterea est vera conclusio, quantum filij non ex legitimo matrimonio procreentur: sequitur enim quoad libertatem, & seruitutem, conditionem matris. Habetur expresse. l. & seruum. 5. verb. ingenui sunt. ff. de statu hominum: vbi dicitur nil referre, an ex iustis nuptiis, an vulgo conceptus sit filius. Vulgo autem conceptus dicitur, qui est spurius, ut expresse habetur. l. vulgo. 23. ff. de statu hominum, vbi gloss. verb. non licet, explicat, ut si pater sit monachus, vel ex incestu proles concepta sit.

8 Imò quando ex matrimonio concipitur proles, sunt qui dicant partum non sequi conditionem matris, sed patris, per l. cum legitima. ff. de statu hominum, ibi. *Cum legitima nuptia facta sunt, patrem liberi sequuntur, vulgo quæstus matris.* Et c. fin. 32. q. 4. quod est d. Iudiciorum lib. 9. Etymolog. c. 5. de filiis conceptis ex legitimo matrimonio, sic dicitur. *Semper qui nascitur, deteriore parte sumit, & in fin. 11. verò, qui non sunt de legitimo matrimonio, matrem potius, quàm patrem sequuntur.* Et sic tenet Guillelmus Naso, quæ referunt, & sequuntur Anton. c. 1. nu. 9. & c. licet nu. 4. de coniugio seruo. Propof. eo. c. licet num. 1. super gloss. in verb. dissolendi. Verum contraria sententia est verissima, nimium, filios ex legitimo matrimonio procreatos sequi conditionem matris, quoad libertatem, & seruitutem. Quod textus nu. 5. allegati, decedentes id, loquatur in distictione de filiis: idque colligatur ex cap. finali, de seruis non ordinandis. Nec obstant textus in contrarium adducti. Quia. l. cum legitima, bene explicatur à glossa ibi, verb. sequuntur, ut filij ex matrimonio habiti sequantur patrem quoad familiam, & originem. Et d. cap. final. 32. q. 4. explicatur à glossa ibi, verb. deteriolem partem, & communiter, ut tales filij sequantur deteriolem partem, id est, debiliolem, qualis est femina. Quæ expositio aperte colligitur ex eo textu, quia prius in eo dicitur filios ex libero, & ancilla habitos esse conditionis seruilibus: & statim adiungitur. *Semper enim qui nascitur, deteriolem partem sumit.* Nec obstat im-

pugnatio Soti vbi statim eum referam: eod quod is textus in fine concludat illegitimos filios sequi matrem: intelligitur enim (vt ait ibi glossa in fine,) sequi matrem quoad originem. Et ideo ultra glossas citatas, tenent etiam hanc sententiam, glossa cap. finali, in fine, de seruis non ordinandis, & ibi Host. nu. 1. Anton. nu. 2. Abbas num. vnico glossa cap. 1. verb. dissolendi, de conjug. seru. & ibi Host. nu. 7. super verb. dissolendi. Abbas nu. 5. Alexander de Neuo n. 8. Cardin. nu. 4. Propofitus nu. 6. vers. nota secundò. Rosella, verb. seruus. 1. nu. 1. Sotus. 4. d. 35. q. vnica, ar. 4. concl. 1.

9 Valer tamen consuetudo, si alicubi legitime præscripta sit, vt filius non matris, sed patris, aut vtriusque; parentis seruitutem sequatur: ita vt si vel solus pater seruis sit, proles seruituti subdatur, vel ad id desiderari vtrumque; parentem esse matrem. Cum enim res hæc sit ex iure humano, potest præualere consuetudo. c. finali, de consuet. Idemq; colligitur ex cap. licet, de coniug. seru. vbi textus supponit secundum leges prouinciæ cuiusdam, factum quoad seruitutem sequi conditionem patris, nec improbat. Atq; ita docent Ioan. Andr. c. 1. nu. 7. de coniug. seru. & c. finali, in fine, de seruis non ordinandis. Anton. eo. c. fin. num. 2. fin. & d. c. licet nu. 3. vbi Abbas nu. 2. Anch. n. 2. Alex. de Neuo nu. 2. Cardinalis. d. cap. fin. nu. vnico, oppositione. 2. Palud. 4. d. 36. q. 2. ar. 2. nu. 11. Maioris, 4. d. 30. q. 1. in probatione primæ conclusionis. D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 3. in principio. Angelus matrimoniu 3. impedimeto. 4. n. 12. Sylu. matrimoniu 8. q. 2. dict. 8. Padilla. l. naturalis nu. 2. ff. de præscrip. verbis. Lancelorus in situta iuris canonici tit. de nuptiis, in lib. 2. §. si quis tamen verb. leges. Molina tom. 1. de iustitia, tractatu. 2. dispur. 33. ad finem. Vnde non est audiendus Host. qui d. c. licet, ait eam consuetudinem tanquam abusum rejciendam esse, atq; ea non obstanti filios sequi matris conditionem.

10 Tertia conclusio. Sufficit tempore conceptionis, aut natiuitatis, aut medio tempore, matrem liberam fuisse, vt partus libertatem gaudet, vt si ancilla prægnans sit manumissa, deindeq; ante partum in seruitutem redacta, proles nata libera erit, ob libertatem matris medio illo tempore comparatam. Habetur expresse in sit. de ingenuis. §. sed & si quis & l. & seruorà. 5. vers. ingenui sunt. ff. de statu hominum. Et redditur vtrobiq; ratio, quæ non debeat calamitas

matris

matris proli in vtero existentem nocere, vnde sufficit vt per minimam temporis momentum, à conceptione vsq; ad partum, mater libera fuerit, vt soboles libera sit, vt bene expendunt gloss. fin. verb. deteriolem partem. 32. q. 4. Host. cap. final. nu. 1. de seruis non ordinandis, & ibi Ioan. Andr. nu. 7. Anton. nu. 2. Abbas nu. vnico. Cardin. n. vnico, oppositione. 1. Aftenis summa. 2. p. lib. 8. tit. 15. ar. 4. q. 1. Sotus. 4. d. 35. q. vnica, ar. 4. col. 1. immediate ante, vers. addit. verd. Molina nu. præcedenti allegatus, additq; (& bene) id in fauorem libertatis constitutum esse, natura rei postulat, potius solius partus tempus spectandum.

11 Intellige conclusionem, quando ex vna natalium, & status matris, est futura soboles libera, aut seruituti subdita. Tunc enim satis est libertas matris minimo temporis momento, quo factus fuit in vtero, vt liber sit. Secus autem quando non iure sequela status materni, futurum esse vt factus sit seruis. Quod explicabunt corollaria triplex num. sequenti inferenda. Ita docet Iacobus Buttricanus. l. final. cap. de seruis fugitijs, & ibi Albericus, in fine. Salicetus ibi numer. vnicò, oppositione quinta.

12 Hinc primò deducitur intellectus ad l. finalem. C. de seruis fugitijs, vbi deciditur seruos publicis operibus deputatos, qui se priuatarum ancillarum cõsortijs adiunxerint, redigi in seruitutem, cum vxoribus, & liberis eorum. Et ita filij ex libera nati, sunt serui; sequentes quoad hoc conditionem patris. Et quidem glossa ibi verb. restituunt, ait id esse speciale in odium domini ancilla. Vel etiam sequi tunc matris conditionem: nam & mater sequens virum sit ancilla. Et hunc posteriorem intellectum tradit etiam Baldus ibi, statim in principio. Sed merito Iacobus Buttricanus, & Salicetus numer. præcedenti allegati reprobat hanc posteriorem solutionem, quia partus sequitur conditionem, quam mater habebat tempore, quo in eius vtero fuit, quamuis postmodum mater fiat ancilla: at filij de quibus est sermo dict. l. finali, iam erant nati, vnde non potest dici eos sequi conditionem matris, quæ postea in seruitutem redacta est. Quare legitima solutio est, quam iisdem tradunt ibi, & Albericus ea. l. finali, in fine, huiusmodi filios non effici seruos ex vna natalium, & status materni, in quo casu debent matris liberæ conditionem sequi: sed ob delictum paternum, atque ita pa-

tris conditionem similiter serui esse ad iudicari.

13 Secundò deducitur intellectus ad textum, in l. 2. C. de libertis, & eorum liberis, vers. filij, in qua partus sequitur conditionem patris quoad feruitutem: nempe, cum pater reuocatur in seruitutem propter ingratitudelem: nam & filij hoc patre nati post commissam ingratitudelem, reducuntur in seruitutem, etiam si libera ex matre orti fuerint. Hoc enim non confugit ex vi status materni, sed in poenam insignis delicti patris ingratitudelem, vt bene expendunt Horoficius. l. & seruum. §. 1. num. 2. ff. de statu hominum. Padilla. l. naturalis nu. 3. ff. de præscriptis verbis.

14 Tertiò deducitur, cum mater prægnans ure belli capta est, factum quoque fieri nancipiū, non obstante libertate matris tempore conceptionis. Quia non ex vi natalium efficitur seruis, sed quod vbi cum matre bello iusto captus sit, eoque beneficio affectus, ne vnà cum matre interimeretur.

15 Dubitabis autem, an matre effecta serua, eod quod ob necessitatem à patre vendita sit: vt permititur. l. 2. C. de patribus, qui filios distrah. & l. 8. tit. 17. part. 4. filius post seruitutem conceptus, sit seruis? Dico effectus seruum. Quia ex matre vendita ancilla ratione legitime venditionis effecta, conceptus est. Atque ita docent glossa ea. l. 2. verb. viderit: & ibi Salicetus, nu. 6. Atque idem eadem ratione ductus existimo, si mater se vendat ad participandum pretium: vt permittitur. l. & seruum. 5. C. de statu hominum, seruatis conditionibus petitis id eius venditionis iustitiam, quas referret ibi glossa verb. venire: nam filius post venditionem illam in vtero conceptus, erit seruis: vt potè qui ex matre verè ancilla concipiatur.

16 Grauius autem dubium est, si tempore, quo mater fe vendidit, vel à patre vendita est, prægnans esset, an factus sit liber? Videtur enim eum minimè libertate donandū. Quod non iure status materni redigatur in seruitutem, sed quia simul tanquã pars viscerũ, ac mulieris portio, qualis reperitur, dum in vtero est. l. 1. §. 1. ff. de ventre inspiciedo; venditus sit cum matre. Ex quo fit vt vendita ancilla prægnanti, nulla factus mentione facta, censetur cum matre venditus, quasi repudatus vna, & eadẽ res; vt ex multis probat Antonius Gomez tom. 2. variar. cap. 2. num. 14. At dicendum est in neutro

L 4 casu

casu factum esse seruum, sed liberum. Quia tempore conceptionis mater fuit libera. Nec potuit vendi a matre. Cum enim filium non habeat in potestate, non potest ipsum vendere, ut docent glossa. l. 2. verb. vendiderit. C. de patribus, qui filios distrah. Et ibi Baldus, num. 3. Salicetus num. 2. ac multis exornans Pinellus. C. de bonis matern. rubrica. 2. par. 4. nu. 20. Et est decusum in Hispania. l. regia. 8. tit. 17. par. 4. Nec etiam auus potest nepotem vendere: sed id privilegium soli patri concessum est. Ut docent Baldus eadem. l. 2. nu. 3. Salicetorum num. 3. Montalius. l. 7. ad finem tit. 17. par. 4. Nec obstat factum in utero constitutum, esse matris portionem: ac vnum cum ea reputari. Quia in fauorabilibus ipsi partui reputatur iam natus. l. qui in utero. ff. de statu hominum. l. intelligendum. ff. de verb. signific. Nec obstat etiam, simul vendi cum matre. Id enim intelligitur quando mater erat ancilla, atque ita partus eius conditionem sequens potuit cum illa venundari.

17 Quarta conclusio. Si communis ancilla duorum, aut plurium dominorum, ab aliquo illorum manumittatur, (vt solet contingere in serua constante matrimonio acquiesita, & sic communi vtriusque coniugis, vbi lucra inter eos communicantur,) & post eam manumissionem, antequam solvatur pretium alteri domino partis, quae habebat in ancilla, pariat, proles erit seruituti subdita. Quia ancilla minimè consequitur libertatem, donec id pretium solvatur, vt expresse colligitur ex l. 1. C. de communi seruo manumisso. in principio, verb. his itaq;, & tenet ibi glossa, verb. necessitatem, & ibi Salicetus num. 1. verb. sed glossa hoc dubitat. Et clarius colligitur ex l. 2. ad finem. C. eod. tit. ibi. *Fiat itaq; liber ex parte quidem testatoris.* Vbi gl. verb. fiat, dicit futurum tempus significari, atque ita comparanda libertatem praestito prius pretio. Et clarius id deducitur ex l. 2. tit. 22. p. 4. ibi. *Et dende en adelante sera libre.* Vbi Greg. Lopez verb. è dende, dicit antea non comparari libertatem. Et ratio est. Quia cum seruitus sit indiuidua, non potest quisquam pro parte liber esse, & pro parte seruus, vt probat gloss. ead. l. 2. verb. ex parte, ex l. duobus. ff. de libera. caus. & l. cum filius. ff. de legat. 2. & l. iudicare. ff. de exceptione rei iudic. Sed dices, cur ergo non efficitur tota libera, sed manet in totum serua? Respondeo, quia antea erat in totum serua, & cum manumissio vnius domini non

sufficiat ad integram libertatem, nec sit diuidua, manebit integrè ancilla. Rursus inde inferes, vanam esse illam manumissionem. Sed dico magni momenti esse, quod operari, vt serua offerente parte pretii, quam in ipsa possident, alijs dominis, cogentur recipere fauore libertatis, contra regulam. l. neque, emere. C. de iure delib. ad, & l. in iur. C. de contrah. empt. Et manebit omnino libera. Quod habetur expresse, l. 1. in principio, verb. his itaq;. C. de communi seruo manumisso, & l. regia. 2. tit. 22. p. 4. Et id verum habet, quantum serua, vel seruus sint plurimorum dominorum, & vnus solus manumittat, cogentur enim ceteri pretium recipere suarum partium, vt expresse habetur ead. l. 1. in principio, verb. & si plures, vnde in hoc est speciale fauore libertatis, vt non fuerit iudicio maioris partis, contra. l. & suu, & l. maior. ff. de pactis. Et notat glossa ead. l. 1. in principio, verb. vno, & ibi Salicet. n. 1. Imò id procedit, quantumcumque partem alij habeant, & manumittens minimam, vt colligitur expresse ex d. l. 1. in principio, ibi, quantumcumque, & docet ibi Bald. n. 2. inde colligens casum, in quo minimè trahit ad se maximè. Id est verum, licet aliquis ex dominis sit minor. Quod textus loquitur indistinctè. Et est casus specialis, quia non ipse minor, sed socius manumittit. Quare non obstat. l. 1. ff. de manumissis vindicta, interdices minori absq; decreto manumittere. Et ita docent glo. l. 1. C. de communi seruo manum. in principio, verb. imputet, & ibi Salicetus in fine principij: A liber. n. 2. verb. item querit gloss. Et reddit rationem. Quia venditio fit hic auctoritate legis, vbi non est opus decreto, etià in rebus minoris. l. 2. & 3. ff. de rebus eorū. Idè docent Bald. ibi n. 2. fin. Gregor. Lopez. l. 2. tit. 22. p. 4. verb. vender. Et idè disponitur ea. l. regia. 2. quantumquidè tertius velit offerre pretium alijs dominis: cogentur enim recipere. Quod bene intelligit Greg. Lopez ibi verb. otro alguno, quando ille tertius ad id emit eam partem, vt ancilla illa consequatur libertatem. Quia hec est mens illius legis, & legis prime. C. de communi seruo manum. vnde est desumpta. Ex his ergo omnibus fit, prolem habitam ex ancilla à quodam ex dominis manumissa, antequam solvatur alijs pretium suarum partium, nasci seruilis conditionis, tanquam ex verè ancilla habitam. Quod si tamen ante partum breui momento, solvatur pretium, erit soboles libera. Quia iam illo momento ante natiuitatem mater erat libera.

18 Quinta conclusio. Si ancilla sit statu libera. (Dicitur autem talis, quae statutum, & destinatum habet libertatem, in tempus, vel in conditionem. l. 1. ff. de statu liberis: vt post annum, aut si hoc euenerit, esto libera) & ante illius temporis, aut conditionis aduentum pariat, factus est seruus. Habetur expresse. l. statu libera. 16. ff. de statu liberis, & l. cum libertatem. 3. C. de fideicommissarijs libertat. Et ratio est, quia ipsa interim ancilla est. Vt expresse habetur. l. statu liberum. 9. ff. de statu liberis. Obseruandum tamen maximè est, ne quis fallatur, num libertas relicta sit sub conditione, an sub modo. Quia si sub modo, comparatur statim libertas: si sub conditione autem, minimè, donec impleatur conditio. Quia conditio suspendit, & non impleta viuat actum. Quod locus est in modo. Vt dixi lib. 3. disp. 33. nu. 2. vbi etiam explicui, quando sit modus, & quando sit conditio. Vt lego libertatem ancillae, dum modo ministrer decem annis, vel soluar decem aureos, est modus. Quia adiicitur actui perfecte factus, iubeo, vt ancilla sit libera, si seruerit decem annis, vel cum seruerit, vel si dederit, aut cum dederit decem aureos: adiicitur enim a qui imperfecto, & sic est conditio suspendens libertatem. Vt constat ex differentia ibi tradita. Idque etiam constat ex l. Thais. 41. in principio, ff. de fideicommissis. libert. vbi dicitur legatam libertatem sub hac forma. Cum heredi meo serueris annos decem, post id tempus comparari.

19 Hinc deducitur, si quis leget ancillae libertatem sub hac conditione, Si tres pepererit filios: & tertio partu duos, aut tres factus edat, quando tres, duos vltimo editos esse liberos: & quando duos, vltimum esse liberum. Quod vbi primum tertius in lucem editus est, impleta fuit conditio, mareque libera mansit, & eod. vltimo ancilla erat: quare factus editus post tertium est liber, tanquam ex libera ortus, nati autè antea sunt serui: quod mater ancilla esset. Habetur expresse. l. Arethusa. 15. & l. sequenti. ff. de statu hominum.

20 Secundò deducitur, tradita libertate ancillae pro tempore certo, & praefinito, vt pro quatuor annis, factum eo tempore, & quocumque alio post illud, editum, esse liberum. Quia libertas illa est perpetua. Vt dixi disp. 19. n. 3.

21 Tandem dubitatur, an domino promittente se manumissurum certo tempore ser-

uam, promissione ipsi ancilla facta, & non impleta tempore praefixo, factus post id è pus conceptus sit liber, aut saltem teneatur dominus eum manumittere. Ratio dubitandi est. Quod inter dominum, & seruum nulla oritur obligatio. l. interpositas 13. in fine. C. de transact. ibi. *Neque enim du bii iuris est, dominos cum seruis suis pacificos, ex placitis teneri, atque obligari. nō posse.* Vbi Baldus num. 5. in de collig. dominum minimè teneri fidem seruo datam praestare, quia inter illos nulla cadit obligatio. Deinde, quia regula, in personam. ff. de regulis iuris, sic habet. *An personam seruilis nulla cadit obligatio.* Et l. regia. 6. tit. 11. p. 5. ibi. *Otro si dezimos, que el señor à su seruo, ni el à su señor, non pueden fazer promerimento el vno à el otro, de manera que se puedan apremiar por aquella promission. Et magis la fizieser, seruo naturalia la promission.* Quod si dicas cum glossa, & multis alijs relatis à Padilla ead. interpositas. n. 34. excipi, nisi inter dominum, & seruum de libertate conuentio fiat. Hanc exceptionem reprobat ibi. n. 35. cum multis alijs. Atque ita glossa. l. cū testamentum. 8. verb. non potuerunt, et l. 1. C. de iuris, & facti ignor. ait, pactum inter dominum, & seruum de libertate danda in futurum non valere. Quod Bart. ibi n. 5. & Alex. d. l. interpositas, sine, intelligunt, nisi libertas esset naturaliter debita seruo. Cum ergo hoc casu nullo modo sit debita, non valet promissio. Tandem, quia nec seruus. 42. ff. de peculio, sic dicitur. *Nec seruus quisquam debere potest, nec seruo potest deberi.*

22 Sed dicendum est, promissionem inter dominum, & seruum minimè valere quoad obligationem ciuilem, secus quoad naturalem. Et ita cautè dixit lex regia. n. praedenti allegata, *De manera que se puedan apremiar.* Et expresse habetur. l. si id, quod dominus. 64. ff. de conditione indebiti, ibi. *Si id, quod dominus seruo debuit, manumisso soluerit, quamuis existimans ei aliqua teneri actione, repetere non poterit. Quia naturalis debitor agnoscit.* Vbi gloss. verb. in conditione ait, obligationem fuisse seruo in seruitute quaesitam. Et Bartolus ibi summam eam. l. sic. Dominus obligatur seruo naturaliter. Et n. 2. ait, obligationem naturalem cadere in seruum a iure, & passiuè. Et Baldus. e. cum contingat. n. 30. concl. 2. de iur. reit. explicat. l. interpositas, in fine. C. de de transact. quae decidit obligationem, non acquiri seruo de ciuili, secus de naturali.

Et eodem modo explicat Decius regula, in personam num. 1. ff. de regulis iuris, eam regulam idem decidentem. Et Ioannes de Molina in differentiis inter forū conscientie, & externum, differentia. 18. ait promissum seruo à domino, deberi in foro conscientie. Constat etiam ex l. non solum. 10. §. si ignorante. ff. de peculio, ibi. *An debitor vel seruus domino, vel domino seruus intelligatur, ex causa civilis computandum est.* Vbi textus supponit posse esse debitum domini ad seruum: & glossa verb. ex causa civilis, sic explicat, id est, quæ causa obligaret civiliter vnum liberum alteri libero, eadem seruum domino, & è contra obligat, licet non teneatur dominus seruo civiliter, vel è contra. Et l. nec seruus. 42. ff. de peculio, quæ definit nec seruum debere, nec illi deberi posse, explicat glossa, verb. debere, de civili debito. Et constat hic intellectus, quia seruus naturaliter obligatur: vt est textus expressus. l. naturaliter. ff. de conditione indebiti, & l. regia. §. tit. 12. part. 5. Sentit etiam expressè innocen. capit. quia plerique, de immo. Eccl. num. 1. vbi ait restituendum debitum, siue iure naturali, ac civilis sit debitum, siue solo naturali, quale est quod debetur seruo. & Anton. ibi nu. 5. vbi ait seruo posse quempiam naturaliter obligari: cum consensum habeat: atque ita si seruus aliquid acquirat, quantum id domino acquiratur, possitque

dominus sibi vsurpare, at pacto inito cum eo, vt ijs numis se redimat, id nefas esse, propter obligationem naturalem seruo quaesitam, vt constat ex l. 1. qui. 4. ff. de manumissionibus, statim in principio, vbi dicitur promittentem seruo libertatem, si suis se numis redimat, teneri. Et Abbas ibi, nu. 11. expressè dicit dominum promittentem aliquid seruo, non obligari civiliter, bene tamen naturaliter, & in foro anime: & ita explicat, di. 1. interpositas. Tandem idem docent Molina tom. 2. de iust. tract. 2. disput. 38. §. primus est: & Ludouicus Lopez lib. 2. de contract. capit. 40. pauld post principium. §. an autem, vbi cõstituit inter casus, in quibus seruo possidere proprium, fas est, hunc, si dominus cum seruo pactum inear, vt singulis diebus, aut hebdomadibus, mensibus, vel annis, certam summam ei persoluat, reliqua sibi ipsi retenta, vnde bene infert Molina, teneatur dominum stare contractu, nec posse vsurpare quæ sibi seruus eo modo concesserit. Ex his ergo constat deberi naturaliter, & in foro conscientie, libertatem ancillæ à domino promissam: at quia tantum est promissio, antequam manumittatur, non erit libera serua: ac proinde nec filij eo tempore nati: tenebitur tamen ratione danti emergentis ex fidei violatione, donare libertate illos filios. In hoc enim damnum illatum est matri, & proli.

DE IMPEDIMENTO VOTI SOLEMNIS, & Ordinis.

DISPUTATIO VIGESIMA QUINTA.

Quæ sit differentia essentialis inter votum simplex, & solenne professionis: & in quo solemnitas illa consistat.

SVMMARYM.

Resertur duplex sententia, nu. 1. & 2.
In quo consistat solemnitas voti, iuxta secundam sententiam? nu. 3.
An in voto simplici sit traditio, iuxta eandem sententiam? nu. 4.
An sit tanti vinculi votum simplex, quantum solenne, iuxta eandem sententiam? numero 5.
An differant specie, retenta eadem sententia? num. 6.
Proponitur sententia Authoris, nu. 7.

Castitas, paupertas, & obedientia sunt essentialiter annexa religioni, nu. 8.
Desideratur ad statum religionis, vt hæc tria vota aliquo firmentur, nu. 9.
Exigitur quoque, vt in religione approbata, nec sat est modus viuendi approbatus. Et an essentialiter religionis habeatur ex illi Pontificia approbatione? nu. 10.
Duplex est traditio, nu. 11.
Essentia professionis consistit in traditione, & acceptatione, estque professio contractus, retro, citroque obligatorius, nu. 12.

Aceptatio voti simplicis fit immediate à Deo, scilicet de solemnibus, nu. 13.
Explicatur, ac probatur qualiter traditio fit de voti solemnibus essentialiter: & circumstantie adiectæ ab Ecclesia sint conditiones sine quibus non, nu. 14.
Qualiter qui in societate Iesu, simplicia benedicti voti emiserit, sint veri, & ex natura rei religiosi: & in illis reperiatur traditio? nu. 15.
Essentia voti solemnibus est de iure naturali, & diuino, ac solemnitas quoad circumstantias, est de iure Ecclesiastico. Et explicatur. c. vni cum, de voto, in. 6. n. 16.
In votis simplicibus, demptis societatis Iesu, nõ est traditio, licet hænt in manu alicuius, nu. 17.
Non tanti vinculi est votum simplex, quantum solenne religionis, nu. 18.
Votum simplex, & solenne religionis differunt specie, nu. 19.
Explicatur qualiter in voto solemnibus sit promissio, & traditio, nu. 20.
An promissio solius castitatis in religione approbata sit solemnitas, dirimens matrimonium subsequens? nu. 21.
An promissio facta in religione approbata, triū votorum, non obligando se illi religioni, sed religioni in genere, habeat vim voti solemnibus dirimens matrimonium? Et enodatur c. constitutionem, de regular. in. 6. nu. 22.
An vota seminarum, & fratrum. d. Francisci, & d. Domini, non in communi viuentium, & Heremitarum, sint solemnitas, & matrimonium dirimant? nu. 23.
Soluuntur argumenta. Et enodatur. c. rursus, qui clericus, vel vouentes, nu. 24.

Disputationes de voti solemnibus, & ordinis impedimentis connectimus, quod valde sibi inuicem affines sint, & altera ex alterius intelligentia pendeat, & hunc ordinem seruabimus. Primò, de natura voti solemnibus religionis, & qualiter matrimonium dirimat, disputabimus. Secundò, de natura voti solemnibus ordinis, & quo pacto per illud dissoluatur matrimonium subsequens. Tertio, de ordinibus minoribus, qualiter cum matrimonio pugnent, & culpa sit ad illos promoueri, animo transseundi postea ad matrimonium. Quarto, qualiter liceat coniugatis, ad religionem, ordines, episcopatum, cardinalatum, pontificatum, & tranfire. Demùm de damnis, quæ ex matrimonio pullulant clericis minorum ordinum, aut sacrorum,

nempe, de amissione beneficiorum, pensio num, priuilegiorum clericalium, excommunicatione, irregularitate. Initium igitur sumendo ab impedimento voti solemnibus emissa in professione religionis, disputatio prærens est de differentia essentiali inter illud, & simplex: inde enim pendet resolutio disputationis sequentis, quæ de iure, quo matrimonium dirimat, institienda est. In hac re tres inuenio opiniones. Prima sententia ait essentialiter voti solemnibus consistere in benedictione spiritali, seu consecratione, per quam professus redditur inhabitans ad opera carnis, & seculi, atque adeo ad matrimonium contrahendum. Huius sententia videtur. D. Tho. 2. 2. q. 88. ar. 7. corpore, & art. 11. corpore. Sed hæc sententia communiter ab omnibus rejicitur. Quod in aliquibus religionibus promissio solemnibus professionis absque ea benedictione fiat, vt in societate Iesu, & in religione. D. Dominici, & in alijs. Deinde, quia professio tacita est vera, ac legitimis votis solemnibus tacite emittitur: cum tamen nulla benedictio adhibeatur. Nec. D. Th. eius est sententia: sed solum vult eam benedictionem esse cerimoniam quamdam accidentalem.

Secunda sententia ait votum solenne, & simplex eiusdem materie minimè differre per se, & essentialiter, ex ipsius voti natura, & ratione, nec iure diuino, sed solum accidentaliter, & extrinsecè, ex sola Ecclesiæ constitutione decernentis per votum solenne dirimi matrimonium subsequens, non autem per votum simplex. Ducitur primò, ex c. vni cum, de voto, in. 6. ibi, *Voti solemnitas ex sola Ecclesiæ constitutione est inuenta.* Nec potest dici id intelligi de solemnitate accidentali. Quod Pontifex rogatus quod votum debeat dici solenne ad dirimendum matrimonium: ex eo quod solemnitas voti sit ex sola Ecclesiæ constitutione deducitur duplex solum reperiri votum solenne eum effectum producens. Quali dicat, quia ex solius Ecclesiæ institutione pendet voti solemnibus natura, & Ecclesia solum admittit vt solenne, votum emissum in professione, & ordine, idè tantum est duplex votum solenne. Quæ ratio omnino conuerteret, si textus intelligeretur de solemnitate accidentali. Non enim ex accidentibus res ea definienda erit. Et confirmatur, quia sublato Ecclesiæ statu, nullum votum esset solenne, & idè femina, quas beatas vocant, licet voueant, & se tradant superiori, in cõ-